

# I DOMENICA DI AVVENTO

SANTA MESSA

CELEBRATA DAL SANTO PADRE

FRANCESCO

BASILICA DI SAN PIETRO, 29 NOVEMBRE 2020

*Santa Messa con i nuovi Cardinali*

## RITI DI INTRODUZIONE

### Antifona d'ingresso

*La schola e l'assemblea:*

*Cfr. Sal 24, 1-3*

VIII

Ad te le-va-vi \* a-nimam me-am, De-  
us me-us, in te confi-do, non e-ru-bes-  
cam. Neque irri-de-ant me in-imi-ci  
me-i, et-e-nim u-ni-ver-si qui te ex-spec-  
tant non confun-den-tur.

*La schola:*

*Sal 25, 4-5*

1. Vias tuas, Domine, demonstra mihi et semitas tuas edoce me. *R.*
2. Dirige me in veritate tua et doce me, quia tu es Deus salutis meæ, et te sustinui tota die. *R.*

*Il Santo Padre:*

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.

℞. Amen.

Pax vobis.

℞. Et cum spiritu tuo.

**Atto penitenziale**

*Il Santo Padre:*

Fratres, agnoscamus peccata nostra,  
ut apti simus ad sacra mysteria celebranda.

*Pausa di silenzio.*

*Il Santo Padre e l'assemblea:*

Confiteor Deo omnipotenti et vobis, fratres,  
quia peccavi nimis  
cogitatione, verbo, opere et omissione:  
mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa.  
Ideo precor beatam Mariam semper Virginem,  
omnes Angelos et Sanctos,  
et vos, fratres, orare pro me  
ad Dominum Deum nostrum.


*Il Santo Padre:*

Misereatur nostri omnipotens Deus  
et, dimissis peccatis nostris,  
perducat nos ad vitam æternam.

℞. Amen.

**Kyrie  
(XVII)**

*La schola:* *L'assemblea:*

VI 


Ky-ri- e, \* e- le- i-son. Ky-ri- e,

*La schola:*



e- le- i-son. Christe, e- le- i-son.

*L'assemblea:* *La schola:*



Christe, e- le- i-son. Ky-ri- e, e-

*L'assemblea:*



le- i-son. Ky-ri- e, e- le- i-son.

## Colletta

### *Il Santo Padre:*

Oremus.

Da, quæsumus, omnipotens Deus,  
hanc tuis fidelibus voluntatem,  
ut, Christo tuo venienti iustis operibus occurrentes,  
eius dexteræ sociati, regnum mereantur possidere cæleste.  
Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum,  
qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus,  
per omnia sæcula sæculorum.

*R.* Amen.

## LITURGIA DELLA PAROLA

### Prima lettura

*Se tu squarciassi i cieli e scendessi.*

Lectura del libro de Isaías

63, 16b-17.19b; 64, 2-7

Tú, Señor, eres nuestro padre,  
tu nombre desde siempre es «nuestro Libertador».  
¿Por qué nos extravías, Señor, de tus caminos,  
y endureces nuestro corazón para que no te tema?  
Vuélvete, por amor a tus siervos  
y a las tribus de tu heredad.  
¡Ojalá rasgases el cielo y descendieses!  
En tu presencia se estremecerían las montañas.  
«Descendiste, y las montañas se estremecieron».  
Jamás se oyó ni se escuchó,  
ni ojo vio un Dios, fuera de ti,  
que hiciera tanto por quien espera en él.  
Sales al encuentro  
de quien practica con alegría la justicia  
y, andando en tus caminos, se acuerda de ti.  
He aquí que tú estabas airado  
y nosotros hemos pecado.  
Pero en los caminos de antiguo  
seremos salvados.  
Todos éramos impuros,  
nuestra justicia era un vestido manchado;  
todos nos marchitábamos como hojas,  
nuestras culpas nos arrebataban como el viento.

Nadie invocaba tu nombre,  
 nadie salía del letargo para adherirse a ti;  
 pues nos ocultabas tu rostro  
 y nos entregabas al poder de nuestra culpa.  
 Y, sin embargo, Señor, tú eres nuestro padre,  
 nosotros la arcilla y tú nuestro alfarero:  
 todos somos obra de tu mano.



Verbum Domi-ni. **R.** De- o gra-ti- as.

### Salmo responsoriale

*Il salmista:*

*Dal Salmo 79*



**R.** Si - gno - re, fa' splen - de - re il tuo



vol - to e noi sa - re - mo sal - vi.

*L'assemblea ripete:*

Signore, fa' splendere il tuo volto e noi saremo salvi.

1. Tu, pastore d'Israele, ascolta,  
 seduto sui cherubini, risplendi.  
 Risveglia la tua potenza  
 e vieni a salvarci. **R.**

2. Dio degli eserciti, ritorna!  
 Guarda dal cielo e vedi  
 e visita questa vigna,  
 proteggi quello che la tua destra ha piantato,  
 il figlio dell'uomo che per te hai reso forte. **R.**

3. Sia la tua mano sull'uomo della tua destra,  
 sul figlio dell'uomo che per te hai reso forte.  
 Da te mai più ci allontaneremo,  
 facci rivivere e noi invocheremo il tuo nome. **R.**


### Seconda lettura

*Aspettiamo la manifestazione  
 del Signore nostro Gesù Cristo.*

A reading from the first letter of St Paul to the Corinthians 1, 3-9

May God our Father and the Lord Jesus Christ send you grace and peace.

I never stop thanking God for all the graces you have received through Jesus Christ. I thank him that you have been enriched in so many ways, especially in your teachers and preachers; the witness to Christ has indeed been strong among you so that you will not be without any of the gifts of the Spirit while you are waiting for our Lord Jesus Christ to be revealed; and he will keep you steady and without blame until the last day, the day of our Lord Jesus Christ, because God by calling you has joined you to his Son, Jesus Christ; and God is faithful.



Verbum Domi-ni. **R.** De- o gra-ti- as.

## Canto al Vangelo

*Il diacono porta solennemente il Libro dei Vangeli all'ambone.*

*La schola:*

Al - le - lu - ia, al - le - lu - ia, al - le - lu - ia.

*L'assemblea ripete:* Alleluia, alleluia, alleluia.

*La schola:*

Sal 84, 8

Mostraci, Signore, la tua misericordia  
e donaci la tua salvezza.

*L'assemblea:* Alleluia, alleluia, alleluia.

## Vangelo

*Vegliate: non sapete  
quando il padrone di casa ritornerà.*

*Il diacono:*

Dominus vobiscum.

℟. Et cum spi-ri-tu tu-o.

✠ Lectio sancti Evangelii secundum Marcum

13, 33-37

℟. Glo-ri-a ti-bi, Domi-ne.

In quel tempo, Gesù disse ai suoi discepoli: «Fate attenzione, vegliate, perché non sapete quando è il momento. È come un uomo, che è partito dopo aver lasciato la propria casa e dato il potere ai suoi servi, a ciascuno il suo compito, e ha ordinato al portiere di vegliare.

Vegliate dunque: voi non sapete quando il padrone di casa ritornerà, se alla sera o a mezzanotte o al canto del gallo o al mattino; fate in modo che, giungendo all'improvviso, non vi trovi addormentati.

Quello che dico a voi, lo dico a tutti: vegliate!».

Verbum Domi-ni. ℟. Laus ti-bi, Christe.

## Omelia

*Silenzio per la riflessione personale.*

Credo  
(III)

*Il cantore:*

*La schola:*

V




Credo in unum De- um, Patrem omnipo- tentem,



facto- rem cæ- li et terræ, vi- si- bi- li- um omni- um et in-

*L'assemblea:*




vi- sibi- li- um. Et in unum Dominum Ie- sum Christum

*La schola:*




Fi- li- um De- i Uni- geni- tum, et ex Patre na- tum ante

*L'assemblea:*



omni- a sæ- cu- la. De- um de De- o, lumen de lumi- ne,

*La schola:*



De- um ve- rum de De- o ve- ro, ge- ni- tum, non fac- tum,



consubstanti- a- lem Patri: per quem omni- a fac- ta sunt.

*L'assemblea:*




Qui propter nos homi- nes et propter nostram sa- lu- tem

*La schola:*



descendit de cæ- lis. Et incarna- tus est de Spi- ri- tu



Sancto ex Ma- ri- a Virgi- ne, et homo factus est.

*L'assemblea:*



Cru- ci- fi- xus et- i- am pro no- bis sub Ponti- o Pi- la- to;

*La schola:*



passus et sepul- tus est, et resurre- xit terti- a di- e,

*L'assemblea:*



secundum Scriptu- ras, et ascendit in cae- lum, se- det

*La schola:*




ad dexte- ram Pa- tris. Et i- te- rum ventu- rus est cum



glo- ri- a, iudi- ca- re vi- vos et mortu- os, cu- ius regni non

*L'assemblea:*



e- rit fi- nis. Et in Spi- ri- tum Sanctum, Domi- num et



vi- vi- fi- cantem: qui ex Patre Fi- li- oque pro- ce- dit.

*La schola:*




Qui cum Patre et Fi- li- o simul ado- ra- tur et conglo- ri-

*L'assemblea:*



fi- ca- tur: qui locu- tus est per prophe- tas. Et unam, sanc-

*La schola:*




tam, catho- li- cam et aposto- li- cam Eccle- si- am. Confi- te-



or unum bap- tisma in remissi- onem pecca- to- rum.

*L'assemblea:*



Et exspecto re- surrecti- onem mortu- o- rum, et vi- tam

*La schola:*

*La schola e l'assemblea:*



ventu- ri sae- cu- li. A- men.



**Preghiera universale**  
**o dei fedeli**

*Il Santo Padre:*


Fratelli e sorelle carissimi,  
nell'attesa della piena manifestazione  
del Signore Nostro Gesù Cristo,  
invochiamo fiduciosi da Dio Padre  
i doni di grazia necessari alla vita presente.

*Il cantore:*



Dominum deprecemur.

*L'assemblea:*



Te rogamus, audi nos.

1. O Padre,  
effondi l'abbondanza dei tuoi doni  
sul nostro Papa Francesco, su tutti i cardinali e i vescovi,  
che hai costituito pastori del tuo popolo.

*Il cantore:* Dominum deprecemur.

*R.* Te rogamus, audi nos.

2. O Padre,  
fa' risplendere la bellezza della Chiesa,  
sposa del tuo diletto Figlio,  
nella santità di vita dei ministri dell'altare.

*Il cantore:* Dominum deprecemur.

*R.* Te rogamus, audi nos.

3. O Padre,  
ravviva nelle persone consacrate  
la gioia di appartenere totalmente a te  
e custodiscile nella tua amicizia.

*Il cantore:* Dominum deprecemur.

*R.* Te rogamus, audi nos.

4. O Padre,  
desta in tutti i battezzati  
il desiderio di andare incontro al Cristo che viene,  
con vigilanza operosa e carità fraterna.

*Il cantore:* Dominum deprecemur.

*R.* Te rogamus, audi nos.

5. O Padre,  
dona la tua pace ai nostri giorni  
e l'umanità riconosca nel "Sole che sorge dall'alto"  
la sorgente della verità e della salvezza.

*Il cantore:* Dominum deprecemur.

*R.* Te rogamus, audi nos.

*Il Santo Padre:*

O Dio, Padre dei poveri,  
guarda con bontà i nostri cuori:  
purificali con il tuo amore,  
perché esultino nello Spirito  
per la venuta del nostro Salvatore.  
Egli vive e regna nei secoli dei secoli.

*R.* Amen.

## LITURGIA EUCARISTICA

### Canto di offertorio

AD TE LEVAVI

*La schola:*

*Cfr. Sal 24, 1-3*

Ad te levavi animam meam:  
Deus meus, in te confido; non erubescam.  
Neque irrideant me inimici mei:  
etenim universi qui te expectant, non confundentur.

*Il Santo Padre:*

Orate, fratres:  
ut meum ac vestrum sacrificium  
acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem.

*R.* Suscipiat Dominus sacrificium de manibus tuis  
ad laudem et gloriam nominis sui,  
ad utilitatem quoque nostram  
totiusque Ecclesiae suae sanctae.

### Sulle offerte

*Il Santo Padre:*

Suscipe, quæsumus, Domine, munera  
quæ de tuis offerimus collata beneficiis,  
et, quod nostræ devotioni concedis effici temporali,  
tuæ nobis fiat præmium redemptionis æternæ.  
Per Christum Dominum nostrum.

*R.* Amen.

PREGHIERA EUCARISTICA

**Prefazio**

*La duplice venuta di Cristo*

*Il Santo Padre:*

Dominus vobiscum.

*R.* Et cum spiritu tuo.

Sursum corda.

*R.* Habemus ad Dominum.

Gratias agamus Domino Deo nostro.

*R.* Dignum et iustum est.


Vere dignum et iustum est, æquum et salutare,  
nos tibi semper et ubique gratias agere:  
Domine, sancte Pater, omnipotens æterne Deus:  
per Christum Dominum nostrum.

Qui, primo adventu in humilitate carnis assumptæ,  
dispositionis antiquæ munus implevit,  
nobisque salutis perpetuæ tramitem reseravit:  
ut, cum secundo venerit in suæ gloria maiestatis,  
manifesto demum munere capiamus,  
quod vigilantes nunc audemus exspectare promissum.

Et ideo cum Angelis et Archangelis,  
cum Thronis et Dominationibus,  
cumque omni militia cælestis exercitus,  
hymnum gloriæ tuæ canimus,  
sine fine dicentes:

**Sanctus**  
*(XVII)*

*La schola: L'assemblea:*


V   
Sanc- tus, \* Sanc- tus, Sanc- tus, Domi- nus

*La schola:*




De- us Sa- ba- oth. Ple- ni sunt cæ- li et ter-

*L'assemblea:*



ra glo- ri- a tu- a. Ho- sanna in excel-

*La schola:*



sis. Be- ne- dictus qui ve- nit in no- mi- ne Do- mi- ni.

*L'assemblea:*



Ho- sanna in excel- sis.

## Preghiera eucaristica I

### o Canone romano

#### *Il Santo Padre:*

Te igitur, clementissime Pater,  
per Iesum Christum, Filium tuum,  
Dominum nostrum,  
supplices rogamus ac petimus,  
uti accepta habeas  
et benedicas ✠ hæc dona, hæc munera,  
hæc sancta sacrificia illibata,  
in primis, quæ tibi offerimus  
pro Ecclesia tua sancta catholica:  
quam pacificare, custodire, adunare  
et regere digneris toto orbe terrarum:  
una cum me indigno famulo tuo,  
quem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti,  
et omnibus orthodoxis atque catholicæ  
et apostolicæ fidei cultoribus.

#### *Un concelebrante:*

Memento, Domine,  
famulorum famularumque tuarum **N.** et **N.**

*Si prega brevemente per coloro che si vogliono ricordare.*

et omnium circumstantium,  
quorum tibi fides cognita est et nota devotio,  
pro quibus tibi offerimus:  
vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis,  
pro se suisque omnibus:  
pro redemptione animarum suarum,  
pro spe salutis et incolumitatis suæ:  
tibi que reddunt vota sua  
æterno Deo, vivo et vero.

#### *Un altro concelebrante:*

Communicantes,  
et memoriam venerantes,  
in primis gloriosæ semper Virginis Mariæ,  
Genetricis Dei et Domini nostri Iesu Christi:  
sed et beati Ioseph, eiusdem Virginis Sponsi,  
et beatorum Apostolorum ac Martyrum tuorum,  
Petri et Pauli, Andreae,  
Iacobi, Ioannis,  
Thomæ, Iacobi, Philippi,  
Bartholomæi, Matthæi,  
Simonis et Thaddæi:  
Lini, Cleti, Clementis, Xysti,  
Cornelii, Cypriani,  
Laurentii, Chrysogoni,  
Ioannis et Pauli,  
Cosmæ et Damiani  
et omnium Sanctorum tuorum;  
quorum meritis precibusque concedas,  
ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio.

#### *Il Santo Padre:*

Hanc igitur oblationem servitutis nostræ,  
sed et cunctæ familiæ tuæ,  
quæsumus, Domine, ut placatus accipias:  
diesque nostros in tua pace disponas,  
atque ab æterna damnatione nos eripi  
et in electorum tuorum iubeas grege numerari.

*Il Santo Padre e i concelebranti:*

Quam oblationem tu, Deus, in omnibus, quæsumus, benedictam, adscriptam, ratam, rationabilem, acceptabilemque facere digneris: ut nobis Corpus et Sanguis fiat dilectissimi Filii tui, Domini nostri Iesu Christi.

Qui, pridie quam pateretur, accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas, et elevatis oculis in cælum ad te Deum Patrem suum omnipotentem, tibi gratias agens benedixit, fregit, deditque discipulis suis, dicens:

ACCIPITE ET MANDUCATE EX HOC OMNES:  
HOC EST ENIM CORPUS MEUM,  
QUOD PRO VOBIS TRADETUR.

*Il Santo Padre presenta al popolo l'ostia consacrata e genuflette in adorazione.*

Simili modo, postquam cenatum est, accipiens et hunc præclarum calicem in sanctas ac venerabiles manus suas, item tibi gratias agens benedixit, deditque discipulis suis, dicens:

ACCIPITE ET BIBITE EX EO OMNES:  
HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI  
NOVI ET ÆTERNI TESTAMENTI,  
QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDETUR  
IN REMISSIONEM PECCATORUM.

HOC FACITE IN MEAM COMMEMORATIONEM.

*Il Santo Padre presenta al popolo il calice e genuflette in adorazione.*

*Il Santo Padre:*

Mysterium fidei.

*L'assemblea:*

Mortem tu- am annunti- amus, Do-mi-ne, et tu- am  
re-surrecti- onem confi-temur, do-nec ve-ni- as.

*Il Santo Padre e i concelebranti:*

Unde et memores, Domine, nos servi tui, sed et plebs tua sancta, eiusdem Christi, Filii tui, Domini nostri, tam beatæ passionis, necnon et ab inferis resurrectionis, sed et in cælos gloriosæ ascensionis: offerimus præclaræ maiestati tuæ de tuis donis ac datis hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, Panem sanctum vitæ æternæ et Calicem salutis perpetuæ.

Supra quæ propitio ac sereno vultu respicere digneris: et accepta habere, sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel, et sacrificium Patriarchæ nostri Abrahæ, et quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech, sanctum sacrificium, immaculatam hostiam.

Supplices te rogamus, omnipotens Deus:  
iube hæc perferri per manus sancti Angeli tui  
in sublime altare tuum,  
in conspectu divinæ maiestatis tuæ;  
ut, quotquot ex hac altaris participatione  
sacrosanctum Filii tui Corpus et Sanguinem sumpserimus,  
omni benedictione cælesti et gratia repleamur.

*Un concelebrante:*

Memento etiam, Domine,  
famulorum famularumque tuarum *N.* et *N.*,  
qui nos præcesserunt cum signo fidei,  
et dormiunt in somno pacis.

*Si prega brevemente per i defunti che si vogliono ricordare.*

Ipsis, Domine, et omnibus in Christo quiescentibus,  
locum refrigerii, lucis et pacis,  
ut indulgeas, deprecamur.


*Un altro concelebrante:*

Nobis quoque peccatoribus famulis tuis,  
de multitudine miserationum tuarum sperantibus,  
partem aliquam et societatem donare digneris  
cum tuis sanctis Apostolis et Martyribus:  
cum Ioanne, Stephano,  
Matthia, Barnaba,  
Ignatio, Alexandro,  
Marcellino, Petro,  
Felicitate, Perpetua,  
Agatha, Lucia,  
Agnete, Cæcilia, Anastasia  
et omnibus Sanctis tuis:  
intra quorum nos consortium,  
non æstimator meriti,  
sed veniæ, quæsumus, largitor admitte.  
Per Christum Dominum nostrum.


*Il Santo Padre:*

Per quem hæc omnia, Domine,  
semper bona creas, sanctificas, vivificas, benedixis,  
et præstas nobis.


*Il Santo Padre e i concelebranti:*




Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est ti-bi



De o Pa-tri omni-po-tenti, in u-ni-ta-te Spi-ri-tus




Sancti, omnis ho-nor et glo-ri-a per omni-a



sæ-cu-la sæ-cu-lo-rum.

*L'assemblea:*



A-men.

## RITI DI COMUNIONE

### *Il Santo Padre:*

Præceptis salutaribus moniti,  
et divina institutione formati,  
audemus dicere:

### *Il Santo Padre e l'assemblea:*



Pa-ter noster, qui es in cæ-lis: sancti-fi-ce-tur no-



men tu-um; adve-ni-at regnum tu-um; fi-at vo-lun-



tas tu-a, sic-ut in cæ-lo, et in terra. Pa-nem



nostrum co-ti-di-a-num da no-bis ho-di-e; et di-



mitte no-bis de-bi-ta nostra, sic-ut et nos dimit-

timus de-bi-to-ri-bus nostris; et ne nos indu-cas in  
 tenta-ti- o- nem; sed li-be-ra nos a ma- lo.

*Il Santo Padre:*

Libera nos, quæsumus, Domine, ab omnibus malis,  
 da propitius pacem in diebus nostris,  
 ut, ope misericordiæ tuæ adiuti,  
 et a peccato simus semper liberi  
 et ab omni perturbatione securi:  
 expectantes beatam spem  
 et adventum Salvatoris nostri Iesu Christi.

*L'assemblea:*

Qui- a tu- um est regnum, et po- testas, et glo- ri- a  
 in sæ- cu- la.

*Il Santo Padre:*

Domine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis:  
 Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis:  
 ne respicias peccata nostra,  
 sed fidem Ecclesiæ tuæ;  
 eamque secundum voluntatem tuam  
 pacificare et coadunare digneris.  
 Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum.

*R.* Amen.

*Il Santo Padre:*

Pax Domini sit semper vobiscum.

*R.* Et cum spiritu tuo.

*Il Santo Padre spezza l'ostia consacrata.*




**Agnus Dei**  
(XVII)

*La schola:*

V 

A- gnus De- i, \* qui tol- lis pecca- ta mundi:

*L'assemblea:* *La schola:*



mi- se-re-re no- bis. A- gnus De- i, \* qui tol- lis

*L'assemblea:* *La schola:*




pecca- ta mundi: mi- se-re-re no- bis. A- gnus

*L'assemblea:*



De- i, \* qui tol- lis pecca- ta mundi: dona no- bis



pa- cem.

*Il Santo Padre:*


Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.  
Beati qui ad cenam Agni vocati sunt.

*Il Santo Padre e l'assemblea:*


Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum,  
sed tantum dic verbo, et sanabitur anima mea.

**Antifona alla comunione**


*La schola e l'assemblea:* Mt 16, 18

I 

*R.* Do- mi- nus \* da- bit be- nigni- ta-



tem, et ter- ra nos- tra da- bit fruc-



tum su- um.

*La schola:*

Sal 84, 2-4

1. Complacuiisti tibi, Domine, in terra tua,  
convertisti captivitatem Iacob. *R.*

2. Remisisti iniquitatem plebis tuæ,  
operuisti omnia peccata eorum. *R.*
3. Contraxisti omnem iram tuam,  
revertisti a furore indignationis tuæ. *R.*

O SACRUM CONVIVIUM

*La schola:*

O sacrum convivium, in quo Christus sumitur:  
recolitur memoria passionis eius,  
mens impletur gratia  
et futuræ gloriæ nobis pignus datur. Alleluia.

*Silenzio per la preghiera personale.*

**Dopo la comunione**

*Il Santo Padre:*

Oremus.  
Prosint nobis, quæsumus, Domine, frequentata mysteria,  
quibus nos, inter prætereuntia ambulantes,  
iam nunc instituis amare cælestia et inhærere mansuris.  
Per Christum Dominum nostrum.

*R.* Amen.

## RITI DI CONCLUSIONE

**Benedizione solenne**

*Il Santo Padre:*

Dominus vobiscum.

*R.* Et cum spiritu tuo.

*Il diacono:*

Inclinate vos ad benedictionem.

*Il Santo Padre:*

Omnipotens et misericors Deus, cuius Unigeniti adventum  
et præteritum creditis, et futurum expectatis,  
eiusdem adventus vos illustratione sanctificet  
et sua benedictione locupletet.

*R.* Amen.

In præsentis vitæ stadio reddat vos in fide stabiles,  
spe gaudentes, et in caritate efficaces.

*R.* Amen.

Ut, qui de adventu Redemptoris nostri  
secundum carnem devota mente lætamini,  
in secundo, cum in maiestate sua venerit,  
præmiis æternæ vitæ ditemini.


*R.* Amen.

Et benedictio Dei omnipotentis,  
Patris, ✠ et Filii, ✠ et Spiritus ✠ Sancti,  
descendat super vos et maneat semper.

*R.* Amen.

*Il diacono:*

Ite, missa est.



*R.* De- o gra- ti- as.

## Antifona mariana

ALMA REDEMPTORIS MATER

*La schola e l'assemblea:*

*V*

Al- ma \* Red-empto-ris Ma-ter, quæ per- vi- a cæ-  
li por-ta manes, et stella ma-ris, succurre cadenti, sur-  
ge-re qui cu- rat, popu-lo; tu, quæ genu- isti, na-tu-ra  
mi-ran-te, tu-um sanctum Ge-ni- to-rem, Virgo pri-  
us ac poste-ri- us, Gabri- e- lis ab o-re sumens il-  
lud Ave, pecca-to-rum mi-se-re- re.

Musical notation for the Marian Antiphone, consisting of seven lines of music with a treble clef and a double bar line at the end.

*Riproduzione vietata*

TUTTI I DIRITTI RISERVATI

A CURA DELL'UFFICIO DELLE CELEBRAZIONI LITURGICHE  
DEL SOMMO PONTEFICE

---